





ELEGIA
ULTIMO HONORI
VIRI

ILLUSTRIS ET EXCELLENTISSIMI,

SAMUELIS
STRYKII,

JCTI, POTENTISSIMI REGIS BO-
RUSSIÆ CONSILIARII INTIMI, ACA-
DEMIÆ FRIDERICIANÆ DIRECTO-
RIS ET PROFESSORIS PRIMARII,
AC FACULTATIS JURIDICÆ
ORDINARII,

d. XXIII Jul. Anno M DCC X.

PIE DEFUNCTI,

SCRIPTA

CHRISTIANO THOMASIO.

HALÆ, LITERIS SALSFELDIANIS.





ILLUSTRIS ET EXCELLENTISSIMI

DUm, VENERANDE SENEX,
 commencia nostra relinquis,
Atque repentino scandis ad astra
 gradu;
Dum facunda filet, subitoque oclusa so-
 pore est
Lingua, nec optatos reddit ut ante sonos;
Omnes perculsi sumus, exanimesque que-
 rela
Ac moesta voces ad Tua busta sonant;
It studiosa cohors palans, orbata parente
Auxiliumque sui plorat abesse ducis,
 Jamque



Jamque viam juris, quam, Te duce, laeta
petebat,

Inter singultus ac tremebunda petit;

Cursum per Legum pelagus mediumque pro-
fundum

Te sine turbatum difficilemque putat.

Plorant Patroni, jungunt sua verba Clientes,

Quae tua felicem dextra paravit opem.

Fama tuae mortis Regales percudit auras

Interitusque tuus culmina summa movet.

Ac e longinquo mittit Germania Iesus

Cui vita & factis Papinianus eras.

Quid nos? quos labor & munus sociaverat

idem,

Eheu! perdidimus Te moriente caput.

Ille animus facilis placidusq; & pacis amator

Lugendus nobis post tua fata manet.

Sed quid lugemus? dignumne est funere tanto?

An decet exequias sic decorare tuas?

Tunc

Tunc lacrymis opus est, ubi justa est causa
dolendi,

Speratumque bonum mors inopina rapit;

At Tecum spes nulla cadit, sperata dedisti,

Orbis habet fructus, quos Tua cura tulit.

Temerita illustrem faciunt, dignusq; putaris,

Quem praesens aetas atque futura colat.

Atque colet, spero, quisquis sacra Legum

Diliget, & sani Juris amator erit.

Servabit Viadrina Tuum gratisissima Nomen,

Testis virtutum Leucoris alma manet;

Ac Hala, quam cinerum custodem fata Tu-
orum

Fecerunt, laudis praeco perennis erit.

Sic semper vives, cum tot monumenta su-
per sint;

Tot fulcris nitens gloria stare potest.



2°

Gb 956,

ULB Halle 3
001 594 781



St 2

Walter Becker
Buchbinderei
Halle, Thüringer Str. 24

WOM





ELEGIA
ULTIMO HONORI
VIRI

ET EXCELLENTISSIMI,

MUELIS
RYKII,

NTISSIMI REGIS BO-
SILIARII INTIMI, ACA-
DERICIANÆ DIRECTO-
OFESSORIS PRIMARI,
ULTATIS JURIDICÆ
ORDINARI,
III. Jul. Anno M DCC X.

PIE DEFUNCTI,

SCRIPTA

TIANO THOMASIO.

E, LITERIS SALSFIELDIANIS.

